






DE
FONTIBVS IVRIS IVDICIARII
CIVILIS QVOD PER GERMANIAM
OBTINET.

1785, 17.



DISSERTATIO

QVAM

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII

PRAESIDE

IO. ADAMO THEOPHILO KINDIO

IVRISSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE
SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE ASSESSORE
IVRIS SAXONICI PROFESSORE PVBL. ORDINARIO
ACADEMIAE LIPSIENSIS SYNDICO.

A. D. XXIV. NOVEMBR. A. C. N. MDCCLXXXV.


H. L. Q. C.

D E F E N D E T

A V C T O R

CAROLVS FRIDERICVS GOECKERVS

GRIMMA - MISNICVS.



LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.



P. 140.

291




DE
FONTIBVS IVRIS IVDICIARII
CIVILIS QVOD PER GERMANIAM
OBTINET
AD CAROLVM FRIDERICVM GOECKERVM

DISSERTATIO
AVCTOR
CONSILIVM IURIS ET LEGVM COLLEGIUM
BRASILE

IO. ADAMO THEOPHILIO KINDIO
AVCTOR
AVCTOR
D. R. H. D. T.
AVCTOR

CAROLVS FRIDERICVS GOECKERVS
AVCTOR
D. R. H. D. T.
AVCTOR



LIBRARIA
DE UNIVERSITATE HALLENSI



PERILLVSTRI DOMINO
DOMINO
VICTORI CAROLO
DE VIETH

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
SANCTIORIBVS AC SPECIATIM IN CAVSIS AD REM
FISCALEM PERTINENTIBVS

P A T R O N O
M A X I M O P E R E C O L E N D O

HVNC LIBELLVM

PIETATIS ET OBSERVANTIAE TESTANDAE

CAVSA

D. D. D.

DEVOTISSIMVS CLIENS

CAROLVS FRIDERICVS GOECKERVS.

PERILLVSTRI DOMINO

DOMINO

VICTORI CAROLO
DE VIETH

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIIS
SACRIS AC SUCCESSIONI IN CAUSIS AD REM
VICICALEM PERTINENTIBUS

P A T R O N O

MAXIMOPERE COLENDO

HANC LIBELLAM

PETITIS ET OBSERVANTIS TESTANDAE

CAUSA

D. D. D.

REVOCTISSIMVS CLERVS

CAROLVS FRIDERICVS GOECKERVS



§. I.

Iudicium et ius iudicarium quid?

Inquisiturus ego, a quibus fontibus ius dicatur, quo iudicia in Germania reguntur, ante omnia significatum vocis *iudicium* explicandum, ac quid *ius iudicarium* sit, definiendum esse cenſeo. *Iudicium*, vocabulum maxime $\pi\omicron\lambda\upsilon\sigma\eta\mu\omicron\nu$ ^{a)}), in ſenſu eminenti diſceptationem forenſem litium denotat, ac cum haec nec ſine actione, nec ſine controuerſia, nec ſine iis, qui eam cognoscunt et iudicant, intelligatur, interdum omnia haec complectitur, interdum modo vnum aut alterum notat: cuius rei quaedam exempla per lancem velut ſaturam hic ponamus. Ac primo quidem *Iudicium* ſignificat *actionem*. Praetor, vbi de iure dicundo edicebat, hac utebatur formula ſolemni: *iudicium dabo* vel *actionem dabo* ^{b)}). v. g. *Iudicium* et *actio* finium regundorum, familiae erſcundae et communi diuidendo, vt ex digeſtorum iisdem titulis abunde

a) Herm. VVLTEIVS de iudiciis
l. i. c. i. n. 26. ſeq. B. Philip. VI-
CAT, in vocabulario iuris ſub voce
iudicium.

b) Barnab. BRISSONIVS de for-
mulis et ſolemnibus populi Romani ver-
bis. L. III. X. XI.

de pater, promiscue dicitur. In *l. 1. C. familiae herciscundae*, iudicio familiae herciscundae experiri, idem est, ac actionem familiae herciscundae instituere. Eodem significato vocabulum iudicium occurrit in *l. 41. §. de iudiciis*, dum PAPINIANVS, *In omnibus*, inquit, *bonae fidei iudiciis, cum nondum dies praeslandae pecuniae venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit.* Deinde iudicium sumitur pro controuersia, quae a litiscontestatione incipit. Sic litigatores iudicium accipere dicuntur, ubi litem contestantur. Sed licet iudicium accipere ac litem contestari eandem vim potestatemque habere videatur; tamen uti actor litem contestari, sic reus proprie iudicium accipere apud veteres Ictos^{c)} dicebatur. Porro iudicium significat cognitionem causae litigiosae, post litem contestatam coram iudice susceptam. Ex re iudiciaria veterum Romanorum obseruare iuuat, discussionem aut in iure factam esse, aut in iudicio. Quicquid in iudiciis ordinariis usque ad litiscontestationem vel in extraordinariis cognitionibus seu causis summaris peragebatur, id fieri dicebatur in *iure* seu coram praetore. Etenim ab hoc postulatur tum actio, tum exceptio; iudex etiam; denique omnis conceptio futuri iudicii constituitur, data formula, dato iudice et die, quo ad eum post litiscontestationem non iuris sed facti discutiendi causa adeatur. Res itaque post litiscontestationem redibat ad iudices pedaneos, arbitros, recuperatores, et quicquid apud eos explicabatur, id fieri dicebatur in *iudicio*. Hoc itaque more Romanorum ius et iudicium maximo opere differēbat. Locus classicus in hanc rem est *l. 11. §. de iustitia et iure*, ubi PAVLVS ita: *Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata*

c) *l. 15. et 45. pr. §. de procurator.*
l. 28. §. 2. et l. 34. §. de iudiciis. l. 13.
et 36. §. familiae herciscundae. l. 35. §.

de iureiurando. l. 9. §. de verborum obligat.

collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. Quem locum determinare hoc modo possumus: *Ubiunque Praetor salua maiestate imperii fui, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, is locus recte IUS appellatur.* Sic in ius vocare, est, ad praetorem vocare. Hic significatus occurrit in formulis apud romanos scriptores, veluti *PLAUTVM*^{d)} et *TERENTIUM*^{e)} crebro obuiis. *MARTIALIS* l. l. epigr. 103. v. II. *IN IUS, o saltax atque inficiator,* *EAMVS.* Inde qui ad pedaneum iudicem erat vocatus, non in ius vocatus dicebatur. *VLPIANVS* si quis, inquit^{f)}, ad pedaneum iudicem vocatum, quem eximat, poena eius edicti cessabit. Qui apud Praetorem interrogatus respondit, in iure respondisse dicitur. Haud obstat l. 4. §. 1. π , de interrogationibus in iure faciendis, ubi *VLPIANVS* ita: *Quod ait Praetor, qui in iure interrogatus responderit: Sic accipiendum est, apud magistratus populi romani vel praesides provinciarum, vel alios iudices.* Per hos enim, ut *GERARDVS NOODT*^{g)} obseruauit, non iudices a Praetore dati, sed minores magistratus, ut municipales, sunt intelligendi. *Iudicium* denique denotat institutum ad causas litigiosas disceptandas, finiendasque comparatum. Hoc significatu vitur *CICERO*, dum omnia, inquit^{h)}, iudicia aut distrahendarum controuersarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sunt. Hic iudicium in sensu latiori accipitur, quo est, *legitima causae controuersae disceptatio, coram iudice litis finiendae causa, suscepta.* Tribus absoluitur partibus I.) cognitione causae litigiosae, II.) decisione litis, ac III.) illius executione. Eandem vim ac potestatem habet vox *Processus*, quanquam hic in sensu strictiori sit *ordo iudicii lege definitus,*

A 2

d) in *Poenulo Act. 5. sc. 4. v. 59. sc. 5. v. 5. et 6. Curculione Act. V. sc. 2. v. 23, 26. Persa Act. IV. sc. 9. v. 8. seq. Rudente Act. 3. sc. 6. v. 21.*
e) in *Phorm. Act. V. sc. 7. v. 88.*

f) l. 3. §. 1. π . ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat.

g) in *Commentar. ad π . L. XI. t. t. in eius Oper. T. II. p. 251.*

h) *Or. pro Cacciu. cap. 2.*

finitus, indeque iudicium a processu, ut res a modo ipsius differat ⁱ⁾. In iure Iustiniano vox processus in hoc sensu haud occurrit, sed res ipsa *solitus iudiciorum ordo*, seu *mos iudiciorum* vocatur ^{k)}. Vocabulum processus in iure canonico ^{l)} obuium, a Glossatoribus in sensu, quo hic utimur, crebro usurpatum in terminum artis abiit. Processus et iudicii vocabula quamquam eadem significatione plerumque usurpentur, tamen vox iudicium cum latinior sit, nobis magis placet: atque eadem de causa, qua ab aliis dicitur doctrina de processu iudiciario, appellare licet *IUS IUDICIARIUM*, sub quo intelligimus *complexum doctrinarum in formam artis redactarum, de iuribus et obligationibus, quae causae litigiosae tractationem, omnesque ibi obuenientes actus concernunt*. Ita accipitur pro systemate; quanquam ius iudiciarium, ut ius in genere, plures adhuc admittat significationes, quas utpote omnibus notas, silentio praetereo.

§ II.

Fontes iuris iudiciarii generatim.

Ius iudiciarium proficiscitur ex *legibus iudiciariis*, h. e. *illis, quae definiunt iura et obligationes, tum iudicis tum partium litigantium circa iudicia*. Leges iudiciariae, prout vel per essentiam et naturam iudicii, vel alia ratione veluti per solam imperantem voluntatem sunt definitae, vel *naturales*, vel *positivae* sunt. Quanquam naturalis ratio, omnes constituat actus, sine quibus iudicium haud intelligitur, veluti editio actionis, citatio, litiscontestatio, probatio, ac quae vim defensionis habet, reprobatio, sententia, huiusque executio

ⁱ⁾ Herm. VULTEIUS in l. c. Lib. II. c. 1. Esaias PUFFENDORF processus civ. elect. Brunsvico Luneb. cap. 2. §. 1.

^{k)} l. 4. C. de sentent. et interloc. l. 14. C. de pactis.

^{l)} veluti Clem. 2. de verbor. signif. in fine.

no^a), tamen cum horum in iudicio obuenientium actuum forma haud sit definita, in ciuitatibus constitutis ad excludendum, saltem restringendum arbitrium iudicis, opus est legibus posituiis, quibus tum actus iudicii a naturali ratione constituti, accuratius definiantur, tum quaedam addantur, vt causae litigiosae eo exactiori ordine pertractari possint. Inde *processus*, prout vel legibus iudiciariis naturalibus vel posituiis nititur, in *naturalem* et *positiuum* seu *ciuilem* diuidi solet^b). Leges iudiciariae posituuae pro diuersitate rerum publicarum sunt variae ac multiplices. Quae per quamenunque rempublicam obtinent leges iudiciariae, iudicia vel ciuilia vel criminalia concernunt, atque inde in *ciuiles* ac *criminales* dispefcuntur: cuius diuisionis ratio, et in hoc libello habetur, siquidem fontes non omnis iuris iudiciarii, sed eius tantum, quod iudicia ciuilia in Germania concernit, indagandi est animus.

§. III.

Fontes iuris iudiciarii ciuilis, quod apud veteres Germanos obtinuit.

Priscos Germanos in iudiciis ordinandis ac causis litigiosis tractandis, certa norma ac forma, prout illorum simplicitas ac indoles ferebat, vfos esse omnis aevi monumenta produunt^a). Sed ipsum ius iudiciarium, apud Maiores ma-

A 3 ximam

^a) Iust. Hen. BOEHMER, *Intrduct. in ius publicum vniuersale*, Parr. Spec. L. II. cap. 7. §. 30. sequ.

^b) Illustris Dan. NETTELBLADT, *in system. clement. vniuersae iurisprudentiae naturalis ex edit. V.* (Hal. 1785.) §. 169. 4.

^a) Ge. Christ. GEBAVERI *Vestigia iur. Germ. antiquiss.* P. II. p. 583. 80. Theod. CRÜGER *de iudiciis ve-*

terum Germanorum sub dio ante tempora Caroli M. (Witzeb. 1724.) Io. Frid. IOACHIM *von der vormaligen Hegung der Gerichte in Deutschland unter freyen Himmel: in Ei. Samml. vermischter Anmerkungen* (Hal. 1754.) n. 17. Io. Guil. HOFFMANN, *de modo iudicia priuata exercendi apud veteres Germanos* (Erf. 1736. Lips. 1757.) Christ. Gottl. BYDER *de iudiciis du-*
decim

ximam partem solis constituit moribus, quos haud defuere, qui priuatim in scripturam redigerent. Etenim collectionibus consuetudinum germanicarum medio aeuo priuatim adornatis, quae nomine Speculi Saxonici, Sueuici, Iuris-Caesarei venire solent, haud pauca continentur quae ad rem iudicariam, modumque litigandi veterum Germanorum pertinent; sed paulo copiosius litigandi modus veterum Germanorum descriptus est in vetusto libro qui *Richtsteig* ^{b)} appellari solet. Sane hic vnus est, inquit HEINECCIUS ^{c)}, medii aeuo Germanorum, qui non solum actiones atque accusationes omnes in certis classes descripsit, verum etiam, quibus formulis singulae in foro proferendae, quae exceptiones a reo opponendae, quid quolibet casu a iudice interloquendum pronuncianandumque sit, quid denique in vniuersum et actorem et reum et aduocatum et iudicem cum scabinis obseruare oporteat, tam accurate et perspicue ostendit, ut qui hunc libellum legit atque intelligit, is sibi ipsis maiorum nostrorum tribunalibus interesse, iudicemque scabinos in consilium mittentem, et de capite et fortunis ciuium ius dicentem, coram contemplari atque audire videatur. Quemadmodum apud Maiores summa omnis iuris diuisio in ciuile (*Landrecht*) et feudale (*Lehnrecht*) in vsu erat, vt ex Speculi Saxonici ordine ac descriptione intelligitur, ita duae sunt partes libelli, qui *Richtsteig* vocatur, quarum altera modus litigandi in causis ciuilibus (*Landrechts Richtsteig*) describitur, altera autem ordo iudicii feudalis, (*Lehnrechts Richtsteig*). A quo autore et quo tempore

decimualibus populorum septentrionalium et Germanorum (Len. 1743) Ge. Steph. WIESAND de re germanorum iudiciaria (Wureb. 1773.)

b) Richtsteig Landrechts et Richtsteig Lehnrechts edidit Io. Frid. LUDOVICI, in appendice der Anleitung zum Lehn-Process, sed longo accu-

ratius Henr. Christ. de SENKENBERG in Corp. Iur. germ. T. I. p. 127. — 208. a KOENIGIO a KOENIGSTHAL edito, qui primus etiam illum librum latine vertit.

c) in Praefat. ad Element. iur. Germ. T. II. p. 4.

tempore illa collectio fuerit adornata, inter eruditos non conuenit. In prooemio ea iussu FRIDERICI I. Imperatoris anno MCLXXVIII confecta esse perhibetur. En ipsa verba: Desse settinghe genomt de Richtstich de satte keyser Frederick van Stouffe, na godes bort du sent yar und anderhalff hundert yar. In deme acht unde twintigsten yare. In deme driüdden yare synes rykes. In deme Pingester dage to Meylan in deme palaze, unde quam sus to dat de geisliken unde de werlikten vorsten deme Keyssere kundigeden dat vele schuldiger Lüde los werden unde de unschuldigen in gerichte verordelt worden dorch des willen dat se de wyse vor Gerichte nicht künden, darunne sy sick tho ereme rechte und noden nicht behelpen möchten. Unde ock dat de richtere nicht en wisten wo sy richten scholden unde de rechten wyse des gerichtes nach des Sassen spregels lere, dar de rechte viel verne in vormenget sin holden scholden. Dorch dersulven sake willen so heft de ergenante keyser gode unde syner moder maget Marien tho eren, der werlde tho gemake unde tho leue, unde den guden tho wromen, unde den bosen tho schaden, desse yegenwardinge settinge gesat, dar men des klarliken mede in kunde kamen mach dat de richter in gerichte unde de kleger wüde de antwerder weten wo sy sick met einanderen nach deme rechten hülten scholen dat se nemanne vor unrecchten unde sick sulven met deme rechten beschermen mogen vor ereme schaden. Haud longe sunt repetendae rationes, quibus haec fabula refutari possit. Ac primo quidem quis ab imperatore Germaniae utur simul Imperatoris Romanorum et titulo et potestate usus fuerit, in comitiis Italiae statuum legem pro Germanis perlatam fuisse sibi persuaderi patiatur? FRIDERICVM I. Imperatorem conuentus ordinum Italiae in campis Roncalicis saepenumero habuisse, ibique RADEVICVS^{d)} et OTTO

d) de gestis Friderici I. l. 2. cap. 7. in Script. rer. Ital. T. VI. p. 787.
apud Lud. Aur. MYRATORIVM

de s. BLASIO ^{e)}) testantur leges tulisse; sed ius, quo res iudicaria Germanorum regatur, ibidem fuisse statutum probari nequit. Quicquid autem harum legum sit, pro Italis perlatum erat, ac non nisi eos obligabat. Deinde ipsa ratio temporum istam refellit fabulam. Etenim FRIDERICVS anno MCLXXVIII non Mediolani, sed in Germania fuit, non augendo iuri Saxonico iudicario, verum persequendo Henrico Leoni, Duci Saxoniae ac Bauariae intentus. Nec is fuit tertius imperii annus, sed viceſimus sextus, siquidem Fridericum I. anno MCLII. Imperatorem electum fuisse, fide historiarum ^{f)}) constat. Denique in illa praefatione mentio speculi Saxonici fuit iniecta, cum tamen hic consuetudinum Saxoniarum codex anno MCLXXVIII. nondum lucem adspexerit, sed eum initio demum Seculi XIII. conditum fuisse, constat. Aetas libelli, qui *Richtſteig* vocatur adeo incerta est, ut ne seculum quidem, multo minus annus certo definiri queat, quo compilatus fuit. Alii seculo XIII. alii seculo XIV. alii denique seculo XV. ipsum fuisse elaboratum, dicunt; sed in tanto scriptorum coaeuorum silentio probari nequit. Quod etsi ita est, tamen eum Speculo Saxonico esse recentiorum, haud negauerint ii, qui vtriusque collectionibus collatis, cognouere, libellum *Richtſteig* e Speculo Saxonico veluti fonte profluxisse, illoque collecta, digestaque esse, quae de forma ac ordine iudiciorum, in Speculo Saxonico passim leguntur. Quod ad auctorem attinet, is non magis certus est, quam aetas, qua vixit. Alii HERMANNVM ab OESFELD ^{g)}), alii

e) in Chron. cap. 14. apud MYRA^s TOREVM l. c. p. 873.

f) Otto FRISINGENSIS de gestis Friderici libr. 2. c. 1. AMANDVS de primis actis a Friderico in imperio peractis, apud GEWOLDVM de septemviratu cap. 6. p. 78. n. 69.

g) Henr. Christ. de SENKENBERG in praef. corp. iur. germ. §. 102. p. 76. et in praef. corp. iur. feudalis germ. §. 30. p. 34. in Ei. tractatu de euocationibus p. 178. sqq. Ei. visiones div. de collectionibus LL. germ. c. 4. Sect. I. §. 25. et 26. p. 72. figg.

alii cum GRYPENIOⁿ), I. O. DE BEVCH, auctorem fuisse
perhibent. Nuper admodum Illustris Car. Henr. GEISLE-
RVS¹), libellum *Richtsteig*, a diuersis auctoribus conditum
esse statuit. Atque haec sententia inde admodum probabilis
videtur, quod Glossator *Weichbildi art. X.* refert: *Und auch
setzet BYRCARD von MANGELFELDEN den Richtsteig,
GERKE aber von KERTAW der vollwertete den Richtsteig.*

§. IV.

Eiusdem argumenti continuatio, cuius gressum

Sed quisquis fuerit istius operis auctor, iam non curo,
festinans ad quaestionem disceptandam, quaenam eius aucto-
ritas, quae usus et olim fuerit, et hodiernum sit. Equidem
hac in re paucis defungar, cum eadem hic locum habeant,
quae ab *Illustri Praefide* *) ad definiendum usum Speculi Sa-
xonici sunt exposita. Etenim compilatio *Richtsteig* ut et Rep-
kouiana, cum et a priuato homine et priuata auctoritate sit
facta, vim legis, quippe quae in sola summi imperantis vo-
luntate vel expresse vel tacite promulgata ponitur, nec orige-
tenus habet nec postea ex consensu eorum, penes quos est
potestas legislatoria, nata fuit. Quae eo codice continen-
tur, ex maiorum consuetudinibus iudicialiis, non ideo vi le-
gis pollebant ac obseruabantur, quod redacta essent in illam
collectionem priuatam, sed eorum ratio aliunde pendebat.
Ipsa compilatio ab eius contentis fecerni debet. Illa licet in
magno

h) in praef. ad Spec. Sax. Belgicum, Goudae editum, ao. 1479.

i) in Sciagraphia iuris germanici priuari. §. 34. Hic libellus Goettingae 1783, per partes edi coepit, sed nondum absolutus prodit. Optabi-

le est ut iste vir rerum germanicarum peritissimus coeptam huius rei telam pertextat.

a) in Progr. de Speculi Saxonici usu et auctoritate. (Lips. 1783)

magno fuerit vsu apud maiores, quippe ab iis, qui vel modum litigandi in patriis iudiciis notum sibi atque cognitum reddere cupiebant, vel consuetudines iudiciarias probare, tamen haec omnia isti operi priuati hominis vim et auctoritatem legis conciliare nequeunt, ac quod subinde in iudiciis allegatum fuerit, hoc haud maiorem vim habet, ac si quis auctoritate scriptoris, qui fide historica gaudet, ad res gestas probandas vtatur. Quare a me impetrare non possum, vt sententiae *Caroli Philippi KOPPII V. C.* accedam, qui libro *Richtsteig* iusto plus tribuere videtur ^{b)}. Forma iudiciorum ac ratio litigandi apud priscos Germanos moribus introducta, atque in libello *Richtsteig* dicto diligentissime descripta per Germaniam obtinuit, vsque dum leges peregrinae nondum occupauerant iudicia ac tribunalia patriae. Sed ex quo ius Romanum et Canonicum in Germaniae foris inualuit, atque causae iudiciariae secundum ordinem iure peregrino et maxime canonico definitum disceptari ac diiudicari coeperunt, modus litigandi in iudiciis maiorum moribus introductus sensim paulatimque in desuetudinem abiit; id quod praesertim inde a seculo *XV.* accidisse praeter *KOPPIUM* ^{c)} probauit *Car. Ferd. HOMMELIUS* ^{d)}. Quae etsi ita sunt, tamen praestantissimum antiquitatis scriptum, de quo hucusque egimus, hodiernum magnam praestare vtilitatem eiusque diligentem lectionem omnibus solidam rei iudiciariae Germanorum notitiam sibi acquirere cupientibus admodum commendandam esse nemo negauerit, qui quantum lucis recentiora ex antiquis capiant, haud ignorat. Quid enim? Receptio iurium peregrinorum in Germania non eam habuit vim, vt iis omnia patria insti-

b) In praestantissimo opere: *Ausführlich Nachricht von der alten und neuen Verfassung der geistlichen und Civil-Gerichten in den Fürstlich-Her-*

sen-Casselschen Landen. 1. Th. §. 32. seg.
c) in l. c. §. 35.
d) in *Rhaps. obf.* 709.

tuta tollerentur, vel saltem ita mutarentur, ut non aliquid ex
prisca indole trahant, retineantue. Immo haud pauca usu
seruata sunt ac hodiernum obtinent per iudicia patria, quae
priscam indolem ac rationem iudiciorum Germanicorum red-
dolent: id quod si haud negauerint, qui formam hodierno-
rum iudiciorum cum maiorum institutis iudiciariis, nec non
litigandi rationem, quae hodie obtinet, cum veteri contende-
runt atque contulerunt. Tot in omnibus fere iudiciis et supre-
mis et inferioribus hodiernum priscorum institutorum ad rem iu-
diciariam pertinentium vestigia apparent, ut nisi retro oculos
flexeris, ac quae apud Germanos rei iudiciariae facies fuerit
in omni aevi monumentis paullo curatius perspexeris, in re-
centioribus non possis non coecutire. Variis exemplis id
probatum dedit *Io. Gottl. HEINECCIUS* ^(c), ad quem illos,
qui eorum, quae diximus, probationem desiderant, ablegamus.

§. V.

De fontibus iuris iudiciarii communis, quod hodie per Germaniam ob-
tinet, inter quos referuntur a) leges iudiciariae in iure Romano
et Canonico comprehensae.

Ius Romanum et Canonicum, ex quo in Germaniae
foris receptum fuit, et in re Germanorum iudiciaria ordinan-
da usum et auctoritatem obtinuit. Sed in his legibus pere-
grinis ad iudicia germaniae applicandis magna cautio est ad-
hibenda. Ac primo quidem per illorum iurium peregrino-
rum receptionem non adoptata est forma iudiciorum et ma-
xime Romanorum statui publico accommodata ac propria^{b)}.

B 2

Quid

e) in *Elem. iuris german. L. III. de
re iudiciaria et iure actionum.*

a) Rem iudiciariam Romanorum

describere *Franc. POLLETTUS* in
historia fori romani, cura *Phil. BROU-*
DAET edijta (*Duaci 1573. rec. Lugd.*
1587.)

Quid enim? Germania nostra proprias imperii civilis rationes easdemque a Romanorum vel regno vel libertate vel imperio diversissimas habet. Quemadmodum igitur omnia in Germania iura ac instituta, quae ad imperium civile ibi exercendum pertinent, tantum modo ex reipublicae Germanicae formula indeque legibus ac moribus domesticis aestimari debent, sic quoque iurisdictio germanica eiusdemque per magistratus exercendae ratio non ad Romanam exigenda est, siquidem illa ab hac toto coelo differt. Ec quis, nisi ineptus atque insipidus haberi velit, recepto iure Romano, simul tribunäl Praetoris, iudicium centumvirale ac decemvirale etc. in Germaniam translatum, et quae apud Romanos tum coram Praetore praeparandae iudicialis disceptationis, tum instituendae atque decidendae eiusdem causa in iudicio, h. e. coram iudice a praetore dato, seu pedaneo peragebantur, aliaque quae ordinem iudicii, quatenus Reipublicae forma Romanis propria nititur, concernebant^{b)}, a Germanis recepta esse existimet? praesertim hoc seculo, quo expulsa praeteritorum seculorum barbarie, desierunt tandem nostri homines peregrina instituta cum suis confandere et reipublicae nostrae formam e romanis antiquitatibus discere. Leges iudiciariae peregrinae maxime Romanorum eatenus tantum receptae sunt, quatenus per reipublicae Germanicae formam ad domestica iudicia applicari possunt. Deinde leges peregrinae non ita receptae sunt, ut instituta Maioribus propria, quatenus et ad rem iudiciariam pertinent, penitus abrogarentur.

Quin

1587. *Francf. 1676.*) Carol. SICO-
NIVS de iudiciis et omni consuetudine
causarum agendi apud Romanos (Parisus
1572, 1576) et in GRAEVII *Thesau-*
ra antiquitat. Rom. T. II. Carol.
BRETTVS de ordine per antiquo iu-
diciarum civilium eorumque solemnibus
(Paris. 1604.) et apud HOFFMAN-
NVM in historia iuris T. II. P. II. p.
1. seg.
b) Sam. STRYCK de processu iu-
ris Romani antiquo rec. (Viteb. 1749.)

Quin haud pauca priscorum Germanorum instituta, quae vel eos, per quos iurisdictio exercetur, vel modum procedendi in causarum litigiosarum tractatione concernunt, constanti usu seruata, in iudiciis patriis hodiernum obtinent: id quod non solum testantur studia eorum, qui priscorum Germanorum rem iudicariam accurate descripserunt, e quibus praeter *Io. Gottl. HEINECCIUM* ^{e)}, praecipue *Io. Leonh. HAVSCHILD* ^{d)}, et *Carol. Philip. KOPP* ^{e)} laudandi sunt; Sed etiam ii intelligant, qui ipsi ad fora nostra accedunt, ibique quam plurima instituta deprehendi vident, quae moribus Maiorum nituntur. Denique iura peregrina in subsidium h. è. vbi leges domesticae haud abrogatae deficiunt, recepta esse, vix esse videtur, quod moneamus. Hoc itaque modo ius romanum et canonicum in Germania est receptum, atque utriusque iuris indeque etiam canonici usum, tum inter Pontificios tum Protestantes ^{f)} seruatum esse inter omnes constat. Sed vbi inter utrumque ius pugna existat, cuius sententia

B 3 prae-

e) in *Element. iur. Germ. T. II. Libr. III.*

d) *Gerichtsverfassung der Teutschen, wie solche vom achten bis zum vierzehnten Säculo üblich gewesen.* (Lips. 1741.)

e) ausführliche Nachricht von der alten und neuen Verfassung der Geistlichen und Civil Gerichten in den Fürstlich-Hessischen Landen. 1. Th. (Cassel 1769.)

f) LUTHERVS, ratus, reformationem sacrorum felicem successum non habituram, nisi ius canonicum inter suos supprimitur, de hoc resiliendo funditusque tollendo cogitare coepit. Ipse corpus iuris canonici vna cum bulla LEONIS a. d.

X. Decembr. MDXX. Virebergae, in magna Doctorum et studiosorum corona, extructo rogo et succenso a magistro quodam primicerio, eombussit; quam rem plenius narrat *Casp. ZIEGLERS* in *diff. de origine et incrementis iuris canonici*, §. 63. 64. praemissa LANCELLOTTI institutionibus iuris canonici. Enim vero cum penes priuatos ac subditos non sit, iuri tacito principum consentu recepto, vim legis adimere, LUTHERI conatus irriti fuere. cfr. *Georg. Frid. DEINLIN* in *progr. de diuo LUTHERO in exterminando iure canonico frustra laborante.* (Altd. 1730.)

praeualere debeat, vtrum Romani an Canonici iuris, non conuenit inter eruditos. Alii^{g)} rem ita definiunt, vt ius ciuile in foro seculari, et ius canonicum in foro ecclesiastico seruandum esse dicant. Alii^{h)} praerogatiuam iuris canonici prae iure Iustiniano in foro ciuili ad certa capita restringunt, licet de eorum numero inter ipsos haud constet. Equidem accedo eorum sententiae, qui ius canonicum iuri romano praeferendum esse censent, nisi sententiam iuris ciuilibus praeualuisse constet vel probari possit. Causa, cur ius canonicum iuri romano praeferatur, non in eo posita esse viderur, quod illud tanquam posterius huic tanquam priori deroget, siquidem in vsu iurium receptorum definiendo illa regula saepe numero fallit, sed, eam potissimum inde repetendam esse existimo, quod ius canonicum moribus Germanorum magis sit accommodatum, quin haud pauca ex praecis legibus et consuetudinibus in canones translata esse videantur, id quod tum *Carol. Ferdin. HOMMELIUS*ⁱ⁾ quam plurimis exemplis probauit, tum *Io. Gottl. HEINECCIUS*^{k)} vir harum rerum peritissimus testatur. Hic *pleraque*, inquit, *ius canonicum, non tam ex iure romano, quam ex moribus gentium germanicarum recepit, eaque laciniis quibusdam interpolauit, prout e re visum est Pontificibus, vt fatebitur unusquisque, qui veteres Germanorum leges cum iure canonico contenderit.* Ceterum ea, quae de iure canonico LL. Romanis antereferendo diximus Iureconsultorum^{l)} et rerum iudicatarum aucto-

g) *Huld. ab EYBEN, de auctoritate iuris canonici §. 18. Arib. DVCK de auctoritate iuris ciuilibus l. 1. c. 7. §. 11. Io. STRAVCHIVS de origine et auctoritate iuris canonici. §. 39.*

h) *Ge. Ad. STRAVIUS in synagoga iur. ciu. exerc. 2. tb. 30. Henr. LINCKIUS, in commentar. ad Decretal. discurs. praelim. c. 2. §. 9. p. 33.*

et *Io. Frid. RHETIVS de auctoritate iuris canonici inter A. C. consortes.*

i) in *Rhaps. obs. 649. et 650.*

k) in *Elem. iur. germ. L. III. §. 354. not. **

l) *Inst. Henr. BOEHMER, in diff. de praxi iuris can. in terris protestantium (Hal. 1712) IDEM in iure eccles. Protest. l. 1. r. 2. Henr. HILDEBRAND*

auctoritates, ipse usus et obseruantia satis firmant, atque comprobant. Atque huic rei diutius inhaerere tanto minus necessarium esse videtur, quanto certius constat atque vno omnes ore ac consentientibus veluti suffragiis affirmant, Iuri canonico in causis iudicariis praerogatiuam praec iure Iustiniano esse concedendam.^{m)}

§. VI.

β) *Constitutiones imperii, quibus forma iudiciorum Germanicorum est descripta.*

Germania vtut iura peregrina receperit, tamen cum haec non omnino sint adcommodata iudiciis patriae, ac mores Maiorum iudicarij non prorsus aboliti fuerint, nouis opus habebat legibus, quibus vtriusque iuris et peregrini et domestici vsus desiniatur, aut noua addantur et suppleantur, aut alia corrigantur atque emendenturⁿ⁾. Quarum quidem legum domesticarum, aliae sunt communes, aliae particulares. In censum illarum, de quibus praecipue hic exponere atinet, veniunt leges imperii, non illae quidem, quibus ordo iudicij summis imperii tribunalibus proprius fuit descriptus, sed hae, quae normam generalem, secundum quam causae iudicariae per totam Germaniam sunt tractandae, praescribunt. Etenim haud pauca legibus imperii continentur, quae ad ordinem iudicarium vbique per Germaniam obseruandum pertinent, quaeque, cum a Cesare et imperio vi supremae per vniuersam Germaniam potestatis legislatoriae constituta sint, vim legis ciuiliis priua-

tae

BRAND de praesentia iur. can. praec auctoritate iuris canonici in processu
ciuili in foro. (Al. 1697.) Io. Ern. libus. (Vreb. 1750.)
FLOERCKE de praerogatiua iuris 2) Quae inde ab anno MDLV. de
canonici praec Iustiniano. (Ien. 1722.) iustitiae emendatione proposita fue-
m) Mich. Godfr. WERNHER de re, enarrauit, Ern. Ioach. WESTPHAL

rae habent. ^{b)} Inter has constitutiones imperii eminet *Recessus imperii nouissimus* an. MDCLIV. conditus, cui tam multa de ordine iudiciario insunt, ut ipse inter primarios iuris iudicarii fontes referri debeat; quare ab hoc loco haud alienum esse existimo, paucis de eo exponere. Cum per bellitricennalis turbas res iudicariae imperii in miserum peruenerat statum, collapsa fere et deformata prorsus iustitiae facie, de ea emendanda non solum a Deputatis imperii in conuentu Francofurtensi inde ab an. MDCXLII. vsque ad annum MDCXLIV. consultatum ^{c)}; verum etiam illo ipso tempore, quo pacis Westphalicae conditiones agitabantur, cogitatum fuit: *sed cum in praesenti congressu ob negotii grauitatem non tam plene expediri queant, in proxime indicendis Comitibus de his omnibus agi et conueniri, deliberationesque de reformatione iustitiae in deputatorum imperii conuentu Francofurtensi habitae, effectum dari, ut si quae in his desiderari videantur, suppleri et emendari debe- re, conuentum est.* ^{d)} Sub FERDINANDO III. Imp. a. d. XXVII. April. an. MDCLII. comitiis Ratisbonensibus indictis ^{e)}, sed demum a. d. XVII. Iun. MDCLIII. haberi coeptis, ^{f)} status imperii ad *Punctum iustitiae*, ^{g)} sunt deputati, quibus id negotii datum erat, ut de iustitiae administratione in imperio Germanico promouenda, et de ambagibus, quibus lites immortales euaderent, tollendis deliberarent, ac quae via lites concien-

de origine et medela corruptae, in-
prudentiae et iustitiae. (Rostock et
Lipf. 1727.) p. 156 — 170.

b) Illustris Io. Strep. PÜTTERI
diss. de legum imperii fundamentalium
et civilium differentia. (Goctring. 1763.)

c) Ipsum conclusum deputatio-
nis Francofurtensis sub XX. Iun.
MDCXLIV. videre est apud LVDOL-
FVM in *Historia sustentationis came-*

ralis in Appendice p. 38. sequ. et de
MEIERN in Act. Comit. T. II. libr. X.
p. 180. seq.

d) Instrument. pacis Caesareo-Sueti-
Arr. V. §. 53. Adde Arr. VIII. §. 3.

e) LONDORP Act. publ. Tom. VI.
p. 658. de MEIERN l. c. T. I. l. 1. §. 1.

f) LONDORP in l. c. T. VII. p. 55.

g) PFANNERI *Historia comicio-
rum imperii.* l. 6. §. 7.

ficiendi et causas in foro agendi expeditissima esset, sciscerent; in quam rem concluso deputationis Francofurtensis vterentur. Quae status imperii ad iustitiae causas deputati suaserant ^{h)}), maximam partem communi imperii statuum concluso decreta, ac ab imperatore probata, ideoque Recessui imperii comitiis Ratisbonensibus ad finem vergentibus a. d. XVII Maji MDCLIV. condito ⁱ⁾) §. 7.—170. inserta fuere. Silentio hic praeterire non possumus, nonnulla capita rei iudiciariae ex Io. GEORGII I. Saxonis ordinatione processus in recessum imperii translata fuisse: id quod tum ii, qui vtramque legem conferre velint, intelligent, tum viri harum rerum peritissimi testantur, e quibus tantummodo Christianum THOMASIVM, ^{k)}) Sever. Theodor. NEVRODEM, ^{l)}) ac Io. GEORGIUM STOREM nominamus. Hic *Der Chur- und Sächsische Process*, inquit, ^{m)}) *sind außer allem Streit die ordentlichste und richtigste. Wer hieran noch einigen Zweifel tragen wollte, der beliebe sich nur zu erinnern, daß das ganze Reich auf dem zu Regenspurg im Jahr 1653. gehaltenen Reichstage dieses erkannt, und* in

h) de MEIERN in l. c. T. II. libr. XII. p. 389. seq.

i) Commentationes eorum, qui in Recessu imperii nouissimo, quoad praesertim processum iudicarium concernit, illustrando operam collocarunt veluti, Pauli GAMBISI, Io. Frid. HOFFMANNI et Io. Wolfgangi TEXTORIS iunctim editae, insunt introductioni ad praxin cameralem, (Weslar. 1702. rec. ibidem 1739.) Sed horum omnium diligentiam longe superavit Samuel LENZ, qui auctore Frid. Guil. TAFINGERO in institutionibus iurisprudentiae cameralis ex edit. II. (Tubing. 1775.) Sect. II. t. j. §. 341. sub nomine Sev.

Theod. NEVRODES latere voluit in gegenwärtiger Verfassung des H. R. Reichs in Staats- und Justiz-Sachen, oder Pragmatische Erläuterung des jüngern Reichs-Abschieds (Ien. 1752.)

k) in diff. de protractione iustitiae per amicabilem compositionem partium litigantium a iudice tentandam, (Hal. 1721.) cap. I. §. 8.

l) in commentar. supra laudato nor. 77. §. 4 p. 143.

m) in der Vorrede zur Fortsetzung des gemeinen und Reichsprocesses darinnen eine Anleitung für angebende Advocaten und Anwälde befinlich. (Marburg. 1745.) p. 4.

C

in dem jüngsten Reichsabschiede den Reichscammergerichtsprocess darnach guten theils eingerichtet, auch verbessert habe. Augustinus LEYSERVS in causam inquisiturus, ob quam libelli articulati vsus in illo recessu imperiiⁿ⁾ fuerit prohibitus, ex schedis, Augustini STRAVCHII se obseruasse refert,^{o)} hunc iureconsultum, Processus iuris Saxonici callentissimum ad Recessum sub finem comitorum anno MDCLIV celebratorum conficiendum ex sparta sibi publice demandata stilum accommodasse, istamque legem conscripsisse, eumque hac opportunitate varia iuris Saxonici capita, interque ea, hoc ipsum quoque de articulati libelli prohibitione ex iure Saxonico^{p)} Recessui inseruisse opinatur. Quanquam ab Electore Saxoniae Io. GEORGIO I. anno MDCLIII. praeter Henricum L. B. de FRIESEN jun. ac Hans Ernst PISTORIS etiam D. Augustinum STRAVCHIVM, ad comitia Ratisbonensia ablegatum fuisse fide testis locupletissimi, Joh. Sebast. MÜLLERI,^{q)} constet, atque ex ipso recessu quem et Augustinus Strauchius subscripsit pateat, tamen LEYSERI coniectura nec satis expedita, nec probabilis, nec cum legum imperii publicarum ratione conueniens esse videtur, id quod Illustris ac summe venerabilis Georgius Ludovicus BOEHMERVS^{r)} grauissimis probatum dedit rationibus, quibus et hanc addere lubet, quod inter Status imperii in istis comitiis ad punctum iustitiae deputatos haud fuerit Elector Saxoniae Io. GEORG. I. sed Dux Altenburgicus FRIDERICVS GVILIELMVS II. ^{s)} a quo D. Augustum CARPZOVIUM ac D. Iohannem THOMAS ad ista comitia ablegatum fuisse refert MÜLLERVS^{t)} Arque

n) § 34. et 64.
o) in medit. ad r. spec. XXXVI.
med. 1.
p) Consti. Aug. 2. Part. 11. Ord.
Proc. Sax. t. 3. pr.
q) in Annal. Sax. ad an. 1653.

r) in Praefat. ad Insti Hen. BOEHMERI Exercitationes. ad Pandect. T. II.

s) von MEIERN in Actis comitibus Ratisbonensibus T. II. p. 389.
t) in annal. ad annum. cir.

Atque maxime probabile est negotium legem imperii iudicariam potius sub auspiciis Directorii Moguntini ex placitorum comitialium resolutionumque imperialium mente conscribendi, demandatum fuisse administro deputato, qui ipsis consultationibus desuper habitis interfuerit, quam legato eius status imperii, qui ad causas iustitiae haud deputatus erat. Sed quisquis fuerit is, qui ad recessum imperii nouissimum conscribendum ex sparta sibi publice demandata stilum adcommodauit suum, siue Saxonicus legatus, siue alius status imperii administer deputatus, nihil ad rem pertinet. Quaedam iuris iudicarii Saxonici capita non ea de causa in recessum imperii sunt translata, quod huius scriptor studio et amore illius iuris ducebatur, sed recepta fuere, quod procedendi rationem in Saxoniae foris diu iam usurpatam ab utilitate commendabilem esse, dignamque, quae ab imperio adoptaretur, satis cognouerint status imperii. Quae recessu imperii continentur ad rem iudicariam pertinentia, non sunt vnus eiusdemque conditionis. Plurima quidem ad augusta imperii tribunalia ac potissimum iudicium camerae imperialis modumque ac rationem ibi litigandi spectant; attamen qui omnia ad iudicium camerale, nihil ad iudicia Germaniae provincialia pertinere autumat, nae is egregie fallitur. Dudum enim ille opinionis error, quo multi decepti recessum imperii continere legem iudicariam specialem, ac tribunalibus imperii propriam statuerunt, a viris harum rerum peritissimis^{u)} est profligatus, atque ego plane accedo sententiae Io. Wolff. TEXTORIS,^{w)} dum monuit, quod dispositio nostri Recessus imperii non sit consideranda ut sanctio quaedam ad solum camerale iudi-

C 2

iudi-

u) Io. Ge. ESTOR von der Nothwendigkeit die Reichs-Gerichts-Praxis auf Universitäten zu lehren, (Len.

1733.) NEURODES in praefat. ad comment. cir. p. 4.

w) in diss. IV. Thes. II. ad Rec. Imp. de anno 1654.

iudicium pertinens, sed potius ut lex communis etiam in statuum imperii dicasteriis obseruanda. Ceterum recessus imperii nouissimus in iudiciis germaniae prouincialibus non nisi pro lege subsidiaria haberi potest, indeque tum demum, vbi iura prouincialia deficiunt, obseruatur, si quidem penes principes est, suis in prouinciis contrarium eius, quod legibus imperii ciuilibus est sancitum, statuere, x) nisi huic iuri speciatim renunciauerint.

§. VII.

γ) *Consuetudines iudiciorum vniuersales.*

Inter fontes iuris iudiciarii Germanici referentur et consuetudines iudicariae, quae sunt normae agendorum in causarum litigiosarum tractatione, moribus constitutae. Sunt vel vniuersales vel *particulares*, prout vel per vniuersam Germaniam obtinent, vel per singulas tantum eius prouincias. Particulares grandi habentur numero, non aequae vniuersales, attamen non plane defunt, quarum aliae ex pristino ordine iudiciorum Germanorum seruatae ut patet ex exemplis ab HEINECCIO ^{a)} et HAVSCHILDIO ^{b)} diligenter notatis, aliae praeter leges, aliae denique ex erronea quidem, attamen vsu confirmata legum interpretatione sunt introductae: id quod vno tantum eoque illustri exemplo illustrare attinet. Plerique iuris iudiciarii interpretes processum pro-
vocatorium, ut vocant, l. 5. C. de ingen. manum et l. 28. π. de fideiuss. niti et sibi persuadent et aliis persuasum cupiunt. Sed

x) Cbr. THOMASIVS de potestate statuum imperii legislatoria contra ius commune, (Hal. 1703) Io. Gottfr. SCHEID, diss. binae, de potestate statuum imperii leges in territorio ferendi Recessibus imperii contrarias. (Arg. 1756.)
a) in clementis iur. Germ. T. II. Libr. III.
b) in der Gerichtsverfassung der Deutschen.

~~_____~~ 21

Sed si ipsas leges penitus perspexeris, illam sententiam facile cognoscas esse erroneam, nullumque in iure Romano deprehendi vestigium illius processus prouocatorii, vti grauissimis effecit rationibus, *Christ. Fried. Georg. MEISTERVS.*^{c)} Ast nihilominus de vsu processus prouocatorii forensi^{d)} nemo facile dubitauerit, nisi ignarus sit omnium rerum, quae in foris nostris agantur. Itaque processus prouocatorius non tam ex iuris romani dispositione, quam potius, vt recte iudicat egregius Ictus *Ioh. Henr. BERGERVS.*^{e)} moribus Germaniae receptus, in foris patrii etiamnum obtinet. Ceterum consuetudine tum modus in iudicio agendi definitur, tum maxime modus scribendi, dicendique; quas quidem formulas in iudiciis receptas vulgo vocant *stilum curiae*^{f)} sub quo saepenumero etiam processus intelligitur.^{g)}

§. VIII.

Processus communis et particularis.

Ordo iudiciarius ex fontibus iuris communis, quos §. V. VI. VII. recensuimus, deriuatus, dicitur *processus communis*; quem nonnulli^{a)} *Reichsprocess* vocant, quatenus hic a processu

C 3

c) in *diff. de falsa probatione processus prouocatorii ex iure Romano*, (*Gött. 1742.*) et in *Ej. Opusculor. Sylloge.* (*Goett. 1766.*) p. 76. seq.

d) *Illustris Bernh. Frid. Rudolph. LAVHN, Nutzbarer Gebrauch des wider klare Brief und Siegel in denen Landen des Sächsf. Reichens anzustellen den Remedii prouocatorii* (*Lips. 1748.*) *Io. Andr. HOFFMANN de genuino remediorum prouocatoriorum eorumque annexarum, vsu practico.* (*Leu. 1753.*)

e) in *Electis processus prouocatorii*, §. VI. seq.

f) *Sam. STRYCK diff. de stilo curiae* (*Francf. 1670.*) *Ern. Frid. SCHROETER de stilo curiae.* (*Leu. 1672.*)

g) *Thomas HAYMVS de stilo curiae seu processu.* *Tom. II.* (*Lips. 1734.*)

a) *Io. Ge. ESTOR Anfangsgründe des gemeinen und Reichsprocesses* (*Gieß. 1744.*) *Io. Andr. HOFFMANN Teutsche Reichspraxis III. Th.* (*Francf. ad Moenum 1765.*)

cessu Saxonico distinguitur. Processus communis, cum normam vniuersalem iudiciorum per Germaniam ordinandorum contineat, in regula obtinet per imperium Romano-Germanicum, et eo vsque tum in summis imperii tribunalibus, tum in iudiciis prouinciarum Germaniae est obseruandus, ^{b)} quo vsque eum non per leges et obseruantias particulares immutatam esse constat. Cum iuri iudiciario communi non solum per leges imperii, quatenus iis norma causas forenses tractandi augustis imperii tribunalibus propria fuit, definita, sed etiam in singulis fere Germaniae prouinciis per constitutiones prouinciales, quae ordinationes processus vulgo vocantur, nec non obseruantias fuerit derogatum, variis additis, suppletis, ac emendatis, ingens inde numerus processuum particularium oritur. Inter eos alius est *processus imperii* (*Reichsprozess*) κατ' ἔξοχην ita dictus, qui summis imperii tribunalibus est praescriptus, alius *prouincialis*, qui a statibus imperii definitus in iudiciis territoriorum Germaniae est obseruandus, et prout vel per omnia prouinciae iudicia obtinet, vel certis iudiciis aut superioribus aut inferioribus est praescriptus, vel *generalis* est, vel *specialis*.

§. IX.

*Fontes speciales ac proprii processus augustorum imperii tribunalium, ac quidem *) iudicii camerae imperialis.*

Iudicio camerae imperialis sub MAXIMILIANI I. Imp. auspiciis in comitiis Vormatiensibus anno MCCCCXCV. non tam recens constituto quam noua ac certa forma instructo atque stabilito^{a)}, variae leges imperii iudiciariae, quibus norma

b) Sim. Perr. GASSER, *rechliche Gedanken von dem processu communi.* (Haf. 1732.)

a) Henr. Christ. SENKENBERG *diff. selecta capita de historia et iurisdictione iudicii camerae,* (Gieß. 1743.) 1o.

ma causas forenses ibi tractandi est definita, sunt perlatæ. Inter fontes iuris cameralis præter ordinationes camerales, tum recessus imperii et deputationum nec non capitulationes caesareae, quatenus ordinem iudicarium camerae imperiali proprium definiunt, tum recessus et memorialia visitationum cameralium, tum leges a collegio camerali, vi potestatis speciatim concessæ, in causis lege haud perspicue definitis, tantum provisorie, ut dicunt, conditæ, veluti senatusconsulta camerae et decreta communia, tum denique ordinationes cancellariae referuntur^{b)}; Quæ quidem omnia ac singula paulo vberius explicare nec luber nec vacat. Attamen pro instituti nostri ratione saltem ordinationes camerales recensere, attinet. Inter eas primum locum occupat, quæ anno MCCCCXCV, quo istud augustum tribunal novam formam acceperat, a MAXIMILIANO I. communi statuum consensu est promulgata^{c)}. Quæ cum admodum manca reperiretur nec satis idonea ad finem propositum consequendum, statim sequenti anno MCCCCXCVI. repetita ac deinde sæpenumero et quidem annis MD. MDVII. MDVIII. MDXXI. MDXXIII. MDXXVII. aucta atque emendata^{d)}. Sed multo auctior sub CAROLO V.

^{a)} Henr. von HARPRECHT Staats-archiv des Kayserlichen und Reichs-Cammergerichts T. I—IV. (Ulm 1743—1760 T. V. et VI. (Franf. am Moen 1767—1768.)

^{b)} Io. Steph. PÜTTER Nova epistome processus imperii amborum tribunalium supremorum; ex edit. III. (Gött. 1777.) § 6. Frid. Guil. TAFINGER Institutiones iurisprudentiæ cameralis ex edit. II. (Tubingæ. 1775.) Sect. II. Tit. I.

^{c)} Ipsam ordinationem vide apud Ge. Melch. de LVDOLFF in corpore iuris cameralis p. 1—7. et apud MÜLLERVM in Reichstags-Theatro unter K. Max. I. T. I. p. 420. seq. nec non in der neuen und der vollständigeren Sammlung der Reichsabschiede, II. Th. p. 6.

^{d)} Hæc omnes ac singulæ ordinationes collectæ sunt a LVDOLFFO in corpore iuris cameralis iam laudato. p. 7. seq.

anno MDXLVIII.^e) edita ac anno MDLV. renouata ^f) atque haec quoque ordinatio cameralis repetitae praelectionis, quae κατ' ἐξοχήν ordinatio cameralis vocatur, postea multis in locis per recessus imperii, deputationum, visitationumque, item per memorialia, communia decreta aliaque conclusa fuit mutata, declarata atque aucta, adeo ut confusior aliquanto rei cameralis conditio esse inciperet. Cum igitur e republica diffusum ac per tot leges dispersum ius camerale in vnum veluti corpus compingi, nouae iudicii cameralis ordinationis concipiendae negotium anno MDXCVIII.^g) ex communi statuum imperii placito, certis assessoribus camerae imperialis demandabatur. Formula ab ipsis concepta anno MDCIII. ad Moguntinam cancellariam transmissa et ab hac anno MDCXIII. cum ordinibus imperii communicata quidem, sed vim legis imperii haud nacta est ac vulgo vocatur *conceptum ordinationis cameralis* ^h). Quae quidem noua ordinationis formula, cum res esset imperfecta, in Recessu imperii nouissimo ⁱ) Imperator et status imperii decreuerant, ut in futura visitatione a visitatoribus, assessores camerales nec non rei cameralis peritorum procuratorum et aduocatorum aliquos vna adhibituris, sub examen vocaretur ac additis iis, quae in ipso Recessu circa ordinem camerae iudicarium praeclare ordinata erant, ita dirigeretur, ut in futu-

a) Cf. *Imp. iudicii camerae constitutio et ordinario anno MDXLVIII. Augustae vindelicorum primum germanice edita deinde in latinum sermonem per D. Iustinum GOBLERVM conuersa. (Frf. 1564.)*

f) apud LVDOLFVM in *corp. iuris cameralis* p. 113. seq. nec non in *der neuen Sammlung der R. A. T. III.* p. 48.

g) R. I. de an. MDXCVIII. §. 69. *Reichsdeputations-Abschied* MDC. §. 4.

h) Henr. LINCK *diff. II. de conceptu renouatae ordinationis cameralis* (Alte. 1681. 1682. rec. *ibid.* 1753.) Optima huius concepti editio, est quam observationibus adornatam edidit Io. Iac. de ZVIERLEIN (Gießen 1744. 8. et 1752. 4. et *Francf. ad Moen.* 1783. 4.)

i) §. 134.

futuris deinde comitiis res tandem complementum acciperet. Sed optima haec consilia successu caruere suo. Cum visitatio camerae imperialis diu desiderata tandem sub auspiciis Augustissimi Imp. IOSEPHI II. instaurata erat, atque prima classis visitorum mensè Maio MDCLXXVII. Wetzlariam euocata erat, haec memor eorum, quae in capitulatione caesarea IOSEPHI II. ^{k)} statuta erant, sex assessoribus camerae imperialis de LOSKANT, de ALBANI, de CRAMER, de RIDESSEL, de HARPPRECHT, et de ORTMANN quo mortuo Baroni de ZILLERBERG, id negotii committebat, ut ii conceptum ordinationis camerale percenterent, emendarent, atque auerent. Haec dum agebantur atque ab his assessoribus selectis, si dominum de ORTMANN et de ZILLERBERG exceperis, formula nouae ordinationis camerale concepta, visitoribus oblata erat ^{l)}, spes animos omnium inceserat, fore, ut noua lex iudiciaria camerae imperialis diu desiderata, tandem aliquando perferatur. Sed visitorum corpore a. d. VIII. Maii MDCLXXVI. quo quarta classis erat euocata, rebus quam plurimis infectis, infausto omine dissoluto ^{m)}, illa spes si non plane praecisa, certe in longum tempus reiecta est. Licet itaque conceptum ordinationis camerale nondum vim legis nactum fuerit, tamen eatenus usum habet forensis, quatenus cum legibus antea promulgatis conspirat, aut in legibus recentioribus res aliter haud

k) Art. 17. §. 9. Insonderheit solle der zu erstbesagter Visitation bestimmte Senat nach Vollendung derselben, auch gemäß dem jüngern Reichsabschiede, die Revidir- und Verbesserung des sogenannten conceptes der Cammergerichtsordnung besten Fleißes vornehmen und darüber an Uns und das Reich Bericht thun.

l) Concepte der Reichskammergerichtsordnung auf Befehl der jüngsten Visitation entworfen, — herausgegeben von Johann Heinrich Christian von SELCHOW I. II. III. Th. (Goert. 1782.)

m) Wahre Bewandniß der Trennung der C. G. Visit. im May 1776. (Goert. 1776.)

haud fuit definita ⁿ). Nec desunt sanctiones imperii nouiores, quibus res iudiciaria camerae imperialis hinc inde mutata ac emendata fuit. Inter eas praecipue referri debent non solum Recessus uisitationis anno MDCCXIII. conditus ^o) ac conclusa imperii annis MDCCXIX. ^p) et MDCCCLXXV. ^q) promulgata, sed etiam decreta ac conclusa recentissimae uisitationis ^r) iudicio camerae imperialis exhibita atque ab hoc accepta. Ast his decretis ac conclusis nondum accessit rati habitio Caesaris ac imperii, nec ea, cum in recessum non redacta sint, formam legis imperii habent. Res salua est. Etenim uisitatores, cum sint deputati statuum, qui sub auspiciis commissarii caesaris in naeuos iudicii camerae imperialis inquirunt, de iis emendandis in commune consultant ac quae ad hoc consilium exequendum pertinent, nomine vniuersi imperii constituunt, loco caesaris et statuum imperii esse censentur adeoque eorum decreta vi mandati proposita non possunt non eo usque auctoritate pollere, quousque eadem ab imperatore ac statibus imperii haud reuocata aut sublata sunt. Nec altera ratio ad auctoritatem illorum decretorum infringendam quicquam efficere potest, siquidem decreta uisitationis non quod in recessum redacta sint, sed ea de causa vi et auctoritate pollent, quod data sint ab iis, qui nomine caesaris et statuum imperii ex mandato constituerunt. Nolumus in hanc

n) *Frid. Guil. TAFINGER Instr. jurisprudentiae cameratae sc& II. Tit. I. §. 339.*

o) apud *Iob. Iac. SCHMAVSIVM in Corp. iur. publ. S. R. I. acad. ex edit. a FRANCKIO et SCHVMANNO adornata (Lipf. 1774) p. 1144 seq.*

p) apud *SCHMAVSIVM in Corp. alleg. p. 1279. seq.*

q) *Neuester Reichsabschluss über einige Verbesserungen des kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts cum praefati PÜTTERI (Goett. 1776.)*

r) *Visitationis-Schlüsse die Verbesserung des Kaiserlichen Reichs-Kammergerichtlichen Justizwesens betreffend, quae edita sunt ab Illustri Georgio Gottlob BALEMANNO (Lemgo 1779.)*

hanc rem pluribus vti argumentis, quia *Illustris* BALEMANVS, vir iuris publici peritissimus nobis otium fecit *),

§ X.

b) *Consilii imperialis aulici.*

Consilium Imperatoris aulicum, ex quo eam, qua hodiernum gaudet, formam sub FERDINANDI I. auspiciis induere coepit, peculiari lege iudiciaria instructum fuit atque licet ordinatio cameralis ibi obseruari debeat^{a)}, tamen processus iudicii aulae imperialis haud desituitur suis specialioribus fontibus, inter quos praeter decreta tum communia tum caesarea, ordinationes consilii imperialis aulici^{b)} numerari debent, quae ab Imperat. FERDINANDO I. RV DOLPHO II. MATHIA ET FERDINANDO III. latae sunt^{c)}. Quae a FERDINANDO III. a. d. XVI. Mart. MDCLIV. praescripta fuit ordinatio, quanquam auctoritate legis imperii fundamentalis non polleat, tamen in nouissimis capitulationibus caesareis^{d)} agnita fuit, vsque dum noua consentientibus statibus imperii haud fuerit condita.

D 2

§. XI.

s) in annotationibus ad conclusa visitationis adiectionis horum collectionum iam allegatae p. 325. seq.

a) I. P. O. arr. 5. § 54. vbi ita: Quod processum iudicium ordinario camerae imperialis seruari per omnia.

b) Frid. Car. de MOSER pragmatice Geschichte und Erlauterungen der kaysertlichen Reichs-Hofraths-Ordnung I. et II. Tb. (Franf. et Lips. 1751. 1752.) Vincenz HANZELY Au-

leitung zur neuesten Reichshofrathspraxis r. B. (Franf. und Leipz. 1754.) §. 261. seq.

c) VTTENBACHII Tractat. de consilio imper. aul. Manissa I.

d) Cap. MDCCXLII. arr. 24. §. 8. Wie dann auch von unserm R. H. R. — bis von uns und dem gesammten Reiche eine den beuzigen Umständen gemäfs eingerichtete vollständige R. H. R. O. verfasst werden kann, in modo procedendi die alte R. H. R. O. nebst demjenigen,

*Processus tribunalium imperii per iudicia provincialia Germaniae
haud obtinet, nisi speciatim sit receptus.*

Leges imperii iudiciariae, quatenus normam causas in
augustis imperii iudiciis tractandi praescribunt, in iudiciis
per territoria Germaniae ordinandis nullum habent usum, nisi
vbi eas speciatim receptas esse constet. Haud obscura vesti-
gia ordinis iudiciarii in camerae imperialis iudicio visitari ho-
dienum in nonnullis tribunalibus per Germaniae provincias
constitutis, maxime curiis provincialibus a statibus imperii
ad formam iudicii camerae imperii stabilitis (*Hofgerichte*)^{a)}
deprehendi tanto minus mirum videri potest, quanto cre-
brius status imperii, ab imperatoribus admoniti^{b)} in suo
quis-

jenigen, was der von unserm nächsten
Vorfahr im Reich anno MDCCXIV.
dieserwegen ausgelassenen Verordnung
(*Decretum Caroli VI. d. XIV. Ian.
MDCCXIV. apud SCHMAVSIVM
in corp. iur. publ. acad. p. 1255.*) aus-
den Monitis statuum inserirt worden,
pro regulo angenommen, und aufz ge-
naneste beobachtet — werden soll.
Adde decretum Iosephi II. Imp. a. d.
V. Apr. MDCCCLXVI. quo varii abusus
Senatus imperii aulici e medio sunt
sublati.

a) *Wilb. Aug. RVDLOFF von der
Aehnlichkeit der deutschen Hofgerichte
mit dem Cammergerichte. (Büczow
1770.)* Iudicium curiae provincialis
supremae in Saxonia ad iudicii camerae
imperii veluti exemplar com-
positum esse, patet ex iis, de qui-
bus disseruit ILLVSTRIS PRAESES.

in diss. de origine et fatis supremae cu-
riae provincialis in Saxonia. (Lips.
1772.)

b) *Rec. Depur. MDC. §. 15.* Die-
weil die höchste Nothdurfft erfordert,
dass in allen Churfürstenthümern, Lan-
den, Herrschaften und Orten, wo die
im H. Reich begriffen, die Unter-
Ober- und Hof-Gerichte in denen es
noch nicht geschehen, in eine gute, rich-
tige, dem Rechten, Reichs- und Cam-
mer-Gerichts-Processse gemässe Ordnung,
so viel nach eines jeden Orts Gelegenheit
immerersprießlich seyn wird, gebracht
und darauf festiglich gehalten werde; so
wollen wir hiermit allen und jeden Chur-
fürsten, Fürsten, und Ständen des Reichs
ernstlich auferlegt und befohlen haben,
solche Anordnungen ihrer Unter-Ober-
und Hofgerichte zum allerersten ihnen
und des Reichs-Unterrathen selbst
zum

quisque territorio tribunalia ad normam atque ordinem iudicii cameralis composuerunt, atque eandem quae hic obtinet formam agendi adoptarunt: Quare nemo facile accuratam eiusmodi processuum particularium notitiam sibi comparare poterit, nisi qui principiis processus imperii sit probe imbutus ^c).

§. XII.

Pontes speciales processus provincialis, in specie Austriaci, Brandenburgici, Bavarici, Brunsvico-Luneburgici, ac praesertim Saxonici.

Constitutiones iudicariae singularum Germaniae provinciarum ^a) tot ac tam variae deprehenduntur, ut saltem iustum earum numerum inire fere *ἀδύνατον* videatur. Ex earum multitudine fere innumera nonnullas tantum hic recensere attinget. Ius iudicarium, quod per provincias obtinet, quae Archiducibus Austriae parent, nititur generali *constitutione* ^b)

quae

zum besten anzuordnen. Hoc repetitum legitimus in Conc. ord. cam. II. 31. §. 9. Adde R. I. N. §. 17. Es sollen auch Churfürsten und Stände des Reichs bey ihren Unter-Gerichten die Verordnung thun, damit, soviel möglich, bey denselben die Norma des Cammergerichtlichen Processus observirt werde; F-doch mit diesem ausdrücklichen Vorbehalt, dafern bey solchen Iudiciis ein anderer modus eingeführt, und bis dahero beständig hergebracht worden, daß es auch dabey sein obgeändertes Verbleiben haben soll; gleichwohl aber was von Abschneidung der Productorum Weislaufigkeit oben versehen, in Acht genommen werde.

c) Io. Sepp. PÜTTER de necessaria in academiis rei iudicariae imperii

cultura, §. 45. in Ej. Opusc. (Goett. 1766.) p. 17. Iac. GORL SIEBER von der Nutzbarkeit der Erlernung des cammergerichtlichen Processus, aus verschiedenen Hoff- und Gerichtsordnungen gezogen (Goett. 1760.)

a) Abrab. SAVRIVS Fascicul. iudic. ordinis singularis. T. I. II. (Fref. ad M. 1589.) Plerarumque constitutionum provincialium, quae et ad rem iudicariam pertinent, recensum dedit Io. Sepp. PÜTTER ad calcem der Juristischen Encyclopädie (Goett. 1767.) p. 12. seq. Io. Henr. Christ. de SELCHOW, in spec. b. Uliob. iur. germ. provinc. ac saecular. ex edit. V. (Goett. 1782.)

b) Allgemeine Gerichtsordnung für Böhmen, Mähren, Schlesien, Oesterreich,

E

quae a. d. 1. Maii MDCCCLXXXI. sub Auspiciis IOSEPHI II. Imperatoris perlata, ac abolitis simul priscis legibus iudicariis, inde ab anno MDCCCLXXXII. vim legis fuit nata. Prouincia Brandenburgico-Borussicae a rege FRIDERICO II. sunt instructae lege iudiciaria, ^{c)} a. d. XXVI. Apr. MDCCCLXXXI. quae publicata fuit, abrogatis simul constitutionibus, quas complectitur *Codex Fridericianus*. ^{d)} Res iudiciaria prouinciarum Bauaricarum definita est constitutionibus, quae *codice iuris bauarici iudicariis* ^{e)} continentur. Quae in terris *Brunsvico-Luneburgicis* tum electoralibus tum ducalibus obtinent, ordinatum iudicariarum magnus est numerus, siquidem quaelibet prouincia suis gaudet specialibus legibus, quarum plurimae ad terras electorales pertinentes reperiuntur in duplici collectione, quae publica auctoritate prodit ^{f)}. Qui rem iudicariam

reich, ob und unter der Enns, Steyer-märck, Kärnten, Krain, Goerz, Gradiška, Triest, Tyrol, und die Vorlanden, (Wien 1781.) Adde Io. Nepom. NEVHOLDI, Versuch einer practischen Einleitung zur allgemeinen seit 1. May 1783. in allen oesterreichischen und boehemischen Erblanden gleichförmig eingeführten Verfahrensart in Rechtsfachen.

e) *Corpus iuris Fridericianum*. Erstes Buch von der Proceß- Ordnung, (Berlin 1781.) Adde Briefwechsel über die Preussische Justizreform. 1. 2. 3 Hefz. (Berlin 1781.) seq. 8

d) *Project des Codicis Fridericiani Marchici*, oder eine nach Sr. K. M. von Preussen selbst vorgeschriebenen Plan entworfenene Cummengerichtsordnung, nach welcher alle Proceße in einem Jahr durch 3 Instanzen zum Ende gebracht werden sollen und müssen: nebst dem *Project einer Sporsulordnung* und eines

Pupillencollegii, d. 3. Apr. MDCCXLVIII. (Berlin 1748. f.) adicitur *Project einer Tribunalordnung*, vermöge welcher alle Proceße an der dritten und letzten Instanz in drey und höchstens in vier Monaten abgethan werden sollen, MDCCXLVIII. *Codex Fridericianus*, omnia Marchici denominatione, prodit (Franf. et Lips. 1748. 4. et rec. Regiomont. et Mittav. 1766. 8.)

e) *Codex iuris bauarici iudicarij*, oder Churfürstlich Bayerische neue Gerichtsordnung. (München d. 14. Dec. 1753. fol. recus. 1755. 8.) cf. *Wigul. Aloysii Xaver. L. B. de KREITMAYER* Aumerkungen über den *codicem iuris bauarici iudicarij*. (München 1753. fol. 1755. 8.)

f) *Churbrannschweig - Lüneburgische Landesordnungen und Gesetze zum Gebrauch der Fürstenthümer Graf und Herrschaften Calenbergischen Theils*. Vol. I—IV. (Götting. 1739—1740.) Chur-

dicariam Brunsvico-Luneburgicam egregie illustravit, *Esaia*.
 PVFFENDORF⁵⁾ omnes constitutiones iudicarias et ad pro-
 vincias ducales pertinentes recensuit.⁴⁾ Quod denique ius
 iudicarium Saxonicum attinet haud inepte dividitur in *commu-*
ne, quod in omnibus terris Saxonis tum electoralibus tum
 ducalibus saltem in subsidium obtinet, et in *particulare*, quod
 provinciis Saxonis vel electoralibus vel ducalibus propria
 est. Ad Fontes iuris iudicarii Saxonici communis praeter
 consuetudines iudicarias potissimum pertinent ea, quae con-
 tinentur *Parte I. Constitutionum Saxonicarum* ab Electore Augu-
 sto an. MDLXXII. editarum,¹⁾ quae in Saxonia ducali, tunc
 temporis peculiari ordinatione processus destituta, sunt rece-
 ptae. Fontes speciales iuris iudicarii, quod per provincias
 principum lineae Albertinae obtinet, sunt *Ordinatio processus*
tum vetus a Io. GEORGIO I. an. MDCXXII. promulgata,
tum recognita, quae vna cum vetere, huius emendandae et
 supplendae gratia an. MDCCXXIV. sub Auspiciis *Friderici AV-*
GVSTI I. publicata fuit. In terris Lusatiae et ea parte
 Schleusingensi comitatus Hennebergici, quae Electoribus
 Saxoniae parci, lege iudicaria repetitae praelectionis haud
 recepta, verus tantum ordinatio processus in usu est²⁾. In ter-

E 2

ris

Churbraunschweig-Lüneburgische Lan-
desordnungen und Gesetze zum Gebrauch
des Fürstenthum Lüneburg auch ange-
böriger Graf und Herrschaften, Zel-
tsischen Theils T. I—IV. (Lüneb. 1741.
 1745.) cf. Io. Heur. Christ. de SELL-
 CHOW von den Quellen des Braun-
 schweig-Lüneburgischen Staats und
 Privat-Rechts, in *Ej. Elect. iur. Germ.*
 publ. et priv. p. 481. seq.

g) in introductione in processum ci-
 vilem Electoratus Brunsvico-Lunebur-
 gici (Franf. et Lipsf. 1733. 4. et
 Hannov. 1769.) adde Henr. Roggr.

HAASE processum iudicarium pro-
 vinciarum Brunsvico-Luneburgicarum
 (Brunsvic. 1732.) Io. Lud. Iul. DE-
 DEKIND Einleitung zum Proceß der
 Herzoglich Braunschweig-Wolfenbü-
 telischen Gerichte, (Braunschweig und
 Wolfenbüttel 1776.)

h) in *introduc. cit. P. I. cap. 22.*
 §. 4. seq.

i) Car. Ferd. HOMMEL *diff. Ele-*
ctor Augustus Saxoniae legislator.
 (Lipsf. 1765.)

k) Car. Ferd. HOMMEL in *proleg.*
Flavio saenonico praemissis §. 36.

ris Saxonis lineae Ernestinae variae ordinationes processuales^{l)} vigent, quae ad ordinationis Saxo-Electoralis velut exemplar compositae esse videntur^{m)}. Ex his praecipue laudandae sunt duae, quarum altera in principatu *Altenburgico* an. MDCCLXIV.ⁿ⁾, altera in terris *Gothanis* an. MDCCLXXVI.^{o)} fuit promulgata. Sed hic finienda est disputatio, ne libellus modum excedat. Sufficiant igitur ea, quae attulimus, exempla legum iudicialiarum particularium, quibus provinciarum germanicarum iudicia reguntur, quarum non omnes, sed nonnullas tantum praecipuas recensere voluimus.

l) Chr. Gosl. HYDER diff. de ordinationibus poliriae et iustitiae ducum Saxoniae Ernestinae (Ien. 1747.)
Heinr. Gottl. FRANCKE neue Beyträge zu den Geschichten, Staats-Lehn- und Privat-Rechten des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen, 1 Theil. (Al. 1767.) p. 158. seq.

m) Lud. Günth. MARTINI Com-

ment. ad ord. Proc. Saxon. Elector. in praef. num. 66.

n) Fürstl. Sächsisch Altenburgische neu erläuterte Gerichts- und Process-Ordnung (Altenb. 1744. 4.)

o) Herzoglich-Sachsen-Gothaische vermehrte und verbesserte Gerichts- und Process-Ordnung. (Goth. 1776.)

PRAENOBILISSIMO
ATQVE HVMANISSIMO
CAROLO FRIDERICO
GOECKERO

S. P. D.

IO. ADAMVS THEOPHILVS KINDIVS.

Cum ante aliquot annos e Schola Electorali, quae Grimae floret,
ad hanc studiorum vniuersitatem missus meas iurisprudentiae Scholas
adire coeperas, TE, CARISSIME GOECKERE, statim ab eo inde tempo-
re non solum ea ae causa, quod uterque nostrum in illustri Moldano, cui
Deus faueat! communi studiorum nostrorum nutrice vsi simus, (cuius
rei recordationem seis me semper mira perfundera voluptate) maximo-
pere amaui, sed etiam propter TVI ingenii dotes, praesitamque in
schola mea diligentiam et praeclaram animi indolem vehementer dilexi.
Quare gratissimam mihi fuisse facile intelligis voluntatis TVAE signi-
ficationem de publico eruditionis TVAE specimine, me praeside, edendo.
Equidem eo lubentius praesidium in me suscepi, quo certius confido,
fore

fore, ut quem mihi obtulisti libellum super argumento fortuitis meis
sermonibus commendato scite diligenterque elaboratum fortiter defen-
das. Maxima eum cum voluptate perlegi atque nulla sui parte trun-
catum nec alia, quam voluntatis testandae causa locupletatum paucis
tantum accessionibus, TIBI reddidi, ne nudum scriptoris nomen gere-
res. I nunc, VIR DOCTISSIME, in cathedram et fortiter tuere libellum
tuum. Habebis me comitem magis gratulabundum quam praesidem.
Vale, VIR CARISSIME, et quo me praesentem amore beniuolentiaque di-
gnatus es, eo etiam absentem amplectere. Sic Deus omnia studia
tua ac coepta secundet!

Scripti Lipsiae a. d. XX. April. an. c160cclxxxv.






Leipzig, Diss., 1785 A-0



f
5b.







DE
6 FONTIBVS IVRIS IVDICIARII
CIVILIS QVOD PER GERMANIAM
OBTINET.

1785, 17.

8.

P. 140.

DISSERTATIO
QVAM
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII
PRAESIDE
IO. ADAMO THEOPHILO KINDIO
IVRISSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE
SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE ASSESSORE
IVRIS SAXONICI PROFESSORE PVBL. ORDINARIO
ACADEMIAE LIPSIENSIS SYNDICO.

A. D. XXIV. NOVEMBER. A. C. N. MDCCLXXXV.

H. L. Q. C.
D E F E N D E T
A V C T O R
CAROLVS FRIDERICVS GOECKERVS
GRIMMA - MISNICVS.

LIPSIAE
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.



291

